

TRADITIO CATHOLICA
SÆCULUM VII. ANNUS 604.

SANCTI
REGORII PAPÆ I,
COGNOMENTO MAGNI.
OPERA OMNIA.

AD MANUSCRIPTOS CODICES

ROMANOS, GALLICOS, ANGLICOS EMENDATA, AUCTA, ET NOTIS ILLUSTRATA.

STUDIO ET LABORE

MONACHORUM ORDINIS S. BENEDICTI,

E CONGREGATIONE S. MAURI.

DITIO MEMORATISSIMA QUÆ PARISIIS PRODIIT ANNO DOMINI MDCCV, NUNC AUTEM ACCURATIO
ET AUCTION REVIVISCIT

ACCURANTE ET DENUO RECOGNOSCENTE J.-P. MIGNE,

BIBLIOTHECA CLERI UNIVERSÆ,

SIVE

CURSUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE.

TOMUS SECUNDUS.

PARISIIS

APUD GARNIER FRATRES, EDITORES ET J.-P. MIGNE SUCCESSORES
IN VIA DICTA AVENUE-DU-MAINE, 189, OLIM CHAUSSEE-DU-MAINE 127

LIBER TRIGESIMUS PRIMUS.

Explicatur versus nonus cum religuis capitibus xxxix, emissis tantum tribus ultimis; et divinitus gratia, in Evangelii prædicatione peccatorumque conversione, efficacia præsertim demonstratur.

CAPUT PRIMUM.

995 1. *Infictum homini a superbo diabolo vulnerum, Dei humilitate sanatum.* — In paradiſo sanohomini diabolus invidens superbiae vulnus inflixit, ut qui mortem non acceperat conditus, ¹ mereretur elatus (*Genes. iii.*). Sed quia divina potentia suppetit, non solum bona de nihilo facere, sed ea etiam ex malis quae diabolus perpetraverat, reformare, contra hoc infictum vulnerum superbientis diaboli medicina apparet inter homines humilitas Dei, ut auctoris exemplo humiliati surgerent, qui imitatione hostis elati cederant. Contra ergo superbientem diabolum apparet inter homines homo factus humilis Deus. Hunc potentes hujus saeculi, id est membra diaboli superbientis, eo despicibilem crediderunt, quo humiliem conspicerunt. Vulnerum enim cordis eorum quanto magis tumuit, tanto amplius ² medicamentum mite despexit. Repulsa igitur a vulnero superbiorum medicina nostra pervenit ad vulnerum humilium: *Infirma quippe mundi elegit Deus, ut confundat fortia* (*I Cor. i. 27*); actumque est cum pauperibus quod post etiam divites elati mirarentur. Nam dum novas in illis virtutes aspiciunt, eorum quorum prius contempserunt vitam postmodum obstupuerunt miracula. Unde mox pavidi ad sua corda redeentes, estimuerunt sanctitatem in miraculis, quam despicerant in preceptis. Per infirma ergo confusa sunt fortia, quia dum in venerationem vita surgit humilium, elatio occidit superbiorum. Igitur quia beatus Job sanctae Ecclesie typum tenet, et omnipotens Deus prævidit quod in primordiis nascentis Ecclesie, potentes hujus saeculi leve ejus jugum suscipere crassa cordis cervice recusarent, dicat:

CAPUT II.

CAP. XXXIX, VERS. 9. — *Namquid valet rhinoceros servire tibi?*

2. *Per rhinocerotem intelligendi elati et potentes a Christo domiti, et Ecclesie servire coacti. Eorum superbiam miraculis fregit.* — Rhinoceros enim indomita omnino natura est; ita ut si quando captus fuerit, teneri nullatenus possit. Impatiens quippe, ut fertur, illico moritur. Ejus vero nomen Latina lingua interpretatum sonat, in nare cornu. Et quid aliud in nare nisi fatuitas, quid in cornu nisi

¹ Recent. Editi cum Germ., moveretur. Ita quoque Codex Laud. At melius Corb. Germ., Vindoc., Ebroic., aliquæ Norm., mereretur, quod etiam legitur in vet. Edit. Paris. et Basil.

² Editi, medicamentum viderunt. Secuti sumus MSS. Anglic., Norm., Vindoc., duos Germ. et Laud. In Turon. et Val. Cl. legitur, medicamentum mente despexit, mutato procul dubio per hallucinationem ⁷ in mente.

³ Laud. et Val. Cl., rhinoceros; et ita postea.

⁴ Corb. Germ., Vindoc., Ebroic., Pratel. aliquæ Norm., et circumflexa.

A elatio designatur? Nam quia in nare fatuitas solet intelligi, Salomon attestante didicimus, qui ait: *Circulus aureus in naribus suis, mulier pulchra et fatua* (*Prov. xi. 22*). Haereticam namque doctrinam nitore vidit eloquii resplendere, nec tamen sapientie apto intellectu congruere, et ait: *Circulus aureus in naribus suis, id est pulchra et circumflexa locutio in sensibus mentis stultæ, cui ex eloquio aurum pendet,* ⁵ sed tamen ex terrena intentionis pondere, more suis, ad superiora non respicit. Quod secutus exposuit, dicens: *Mulier pulchra et fatua;* id est, doctrina haeretica: pulchra per verbum, fatua per intellectum. In cornu vero, ⁶ quia elatio frequenter accipitur, **996** Propheta attestante didicimus, qui ait: *Dixi iniquis, nolite inique agere, et delinquentibus, nolite exaltare cornu* (*Psalm. lxxiv. 3*). Quid ergo in rhinocerote hoc nisi potentes hujus saeculi designantur, vel ipsæ in eo summæ principiatum protestates, qui typho fatuae jactationis elati, dum falsis exteris inflantur honoribus, veris miseris intus inanescunt? Quibus bene dicitur: ⁷ *Quid superbis, terra et cœlis* (*Ecclesi. x. 9*)? In ipsis vero initiis nascentis Ecclesie, dum contra illam divitum se potestas extolleret, atque in ejus necem immensitate tanta crudelitatis ambararet, dum tot cruciatus anxia, tot persecutionibus pressa succumberet, quis tunc credere potuit quod illa recta et aspera superbiorum colla sibi subjeceret, et jugo sancti timoris edomita, mitibus fidei loris ligaret? Diu quippe in exordiis suis rhinocerotis hujus cornu ventilata, et quasi funditus intermixta percussa est. Sed divina gratia dispensante, et illa moriendo vivificata convalescit, et cornu suum rhinoceros iste feriendo lassatus inclinavit; quodque impossibile hominibus fuit, Deo difficile non fuit, qui potestates hujus mundi rigidas non verbis, sed miraculis fregit. Ecce enim quotidie servire ⁸ rhinocerotes agnoscamus, dum potentes mundi hujus, qui in viribus suis fatua dum dudum fuerant elatione confisi, Deo subditos jam videamus. Quasi de quodam indomito rhinocerote Dominus loquebatur, cum diceret: *Dives difficile intrabit in regnum cœlorum* (*Matth. xix. 23*). Cui cum responsum esset: *Et quis poterit statu fieri?* Illico adiunxit: *Apud homines hoc impossibile est, apud Deum autem omnia possibile sunt* (*Ibid., 26*). Ac si

⁵ Val. Cl., sed... intentionis pondere, sas ad superiora non resp.

⁶ Germ., Vindoc., pler. Norm., Laud., Corb. Germ., Val. Cl., quia frequenter superbis.

⁷ Germ., Vindoc., Laud., Val. Cl., et Corb. Germ., quid superbis.

⁸ Germ., Corb. Germ., Ebroic., aliquæ Norm., quod illa ereta.

⁹ Val. Cl., vivificata cornu concealuit.

¹⁰ Al., rhinocerotus, ut est in Germ., Vindoc. et Land.

diceret : Rhinoceros iste humanis viribus mansuetus non potest, sed tamen divinis subdi miraculis potest. Unde hic quoque apte beato Job sancte Ecclesiae typum tenenti dicitur : *Nunquid volat rhinoceros servire tibi?* [Rec. II.] Suhandis : ut mihi, qui cum prædicamentis quidem hominum diu resistere pertuli, sed tamen repente, cum volui, miraculis stravi. Ac si apertius dicat : Nunquid hi qui fatua elatione superbiunt sine meis adjutoriis tuae prædicationi subduntur? Per quem itaque prevales considera, et in omne quod prevales elationis sensum inclina. Vel certe ad beati Job notitiam pro humilianda ejus virtute deducitur, quam mira quandoque per apostolos agantur, qui mundum Deo subjiciunt, eique edomitam potentiam hujus saeculi superbiam flectunt, ut tanto de se beatus Job minus estmet, quanto aggregari Deo tam difficiles animas per alios videt. Dicatur ergo : *Nunquid volat rhinoceros tibi?* Suhandis : Sicut per eos quos misero serviet mihi. Sequitur :

CAPUT III [Vet. II].

997. Iust. — *Aut morabitur aif præsepe tuum?*
 3. *Scriptura sancta pabulo Christus hoc rhinocerotes nutrit.* — Præsepe hoc loco ipsa Scriptura sacra non inconvenienter accipitur, in qua verbi pabulo animalia sancta satiantur, de quibus per Prophetam dicitur : *Animalia tua habitabunt in ea* (Psalm. LXVI, 11). Hinc etiam natus Dominus a pastoribus in præsepi reperitur (Luc. II, 16), quia ejus incarnatione in ea quæ nos reficit Prophetarum scriptura cognoscitur. Rhinoceros itaque iste, videlicet omnis elatus in primordiis nascentis Ecclesie, cum patriarcharum dicta, cum prophetarum mysteria, cum Evangelii arcana audiret, irridebat, quia tanto in predicatorum præsepi clandi satiarique contempserat, quanto² in voluptatibus propriis dimissus, desperationis suæ campum tenebat. Quem superborum campum bene Paulus insinuat, dicens : *Qui desperantes remetipsos tradiderunt impudicitur in operacionem immunditiae omnis, in avaritiam* (Ephes. IV, 19). Tanto enim se quisque in malis praesentibus latius relaxat, quanto post hanc vitam se assequi bona eterna desperat. Sed omnipotens Deus diu quidem rhinocerotem hunc per pravæ³ voluptatis campum vagantem pertulit, et tamen cum voluit, repente ad suum præsepe religavit, ut vite pabulum bene clausus accipiat, ne vitam funditus male liber amittat. Ecce enim iam cernimus quod potentes hujus saeculi, ejusque principes prædicamenta dominica libenter audiunt, constanter legunt,⁴ passimque a præsepi non exsunt, quia precepta Dei, que aut legendo, aut audiendo cognoscunt, nequaquam vivendo transcendent; sed ad verbi pabulum quasi clausi stare sequanimiter tolerant, ut edendo et permanendo pingueant. Quod cum Deo agente conspicimus, quid aliud quam rhinocerotem hunc ad præsepe moran-

A tem videmus? Quia vero post acceptum pabulum prædicationis rhinoceros iste fructum debet ostendere operis, recte subjungitur :

CAPUT IV [Vet. et Rec. III].

Vers. 10. — *Nunquid alligabis rhinocerotem ad arandum lora tua?*

A. *Sacculi principes divina precepta quibus alligantur, prædicant et servari curant.* — Lora sunt Ecclesie præcepta disciplinæ. Arare vero est per prædicationis studium humani pectoris terram vomere lingua proscindere. Hic igitur rhinoceros quadam superbis ac rigidis jam nunc loris fidei tenetur ligatus; atque a præsepi ad arandum ducitur, quia eam prædicationem qua ipse reflectus est innotescere et aliis conatur. Scimus enim rhinoceros iste, terrenus videlicet princeps, quanta prius contra Dominum crudelitate sevierit, et nunc agente Domino cernimus quanta se ei humilitate substernit. Hic rhinoceros non solum ligatus, sed etiam ad arandum ligatus est, quia videlicet disciplina loris astrictus, non solum se a pravis operibus retinet, sed etiam in sanctæ fidei prædicationibus exercet. Ecce enim, sicut superius dictum est, ipsos humanarum rerum rectores ac principes dum metuere Deum in suis actionibus cernimus, quid aliud quam loris ligatos videmus? Cum vero eam fidem, quam dudum persequendo⁵ impugnaverant, nunc prolatis legibus prædicare non cessant, quid alii faciunt, nisi aratri laboribus insudant?

B. *Secularis potestatis et humilitatis christiane minor consensus.* — Libet videat hunc rhinocerotem, id est terre principem fidei loris ligatum, quemadmodum 998 et cornu portat per potentiam saeculi, et jugum fidei sustinet per amorem Dei. Timeri iste rhinoceros valde poterat, nisi ligatus esset. Cornu quippe habet, sed ligatus est. Habent ergo in loris ejus quod humiles diligunt, habent in cornu ejus quod elati pertimescant. Strictus enim loris, servat pietatem mansuetudinis, sed fultus cornu terrene glorie exerceat dominum potestatis. Pierunque autem cum exigente ira ad feriendum rapitur, divino timore revocatur. Et quidem per exasperatam potentiam in furorem se elevat; sed quia aeterni judicis reminiscitur, cornu ligatus se inclinat. Sepe ipse vidiisse me memini, quod cum se ad feriendum graviter hic rhinoceros accenderet, et quasi elevato cornu bestiolis minimis mortes, exsilia, damnationes que subjectis immensis terroribus intentaret, repente fronti signo crucis impresso, omne in se incendium furoris extinxit, conversus minas depositus; et quia ad deliberata progreedi non posset, ligatus agnoverit. Et non solum in se iras edamat, sed in subjectorum etiam sensibus omnine quod rectum est inserere festinat, ut quia omnes sanctam Ecclesiastam ex intima cogitatione venerentur, exemplo ipse

¹ Pratel, aliqui Norm., in eis quibus nos reficit prophetarum scriptis recognoscitur.

² Vindoc., in voluntatibus.

³ Pratel, et Val., Cl., voluntatis.

⁴ Sic Turon., duo Germ., Vindoc., Landun., Val. Cl., Norman., etc., etsi in Editis legatur, postique.

⁵ Nonnulli Edit., mendose, impinguaverunt.